

sipisce &c. Hæc, & alia sexcenta, clarè docent, etiam verè fideles, aliquo
 20) Concedo: nempe respe- faltem modo, ac certo (20) respectu, fidem amittere, seu sponte à Chri-
 tū naturalis infirmitatis. sto deficere posse. Quod proinde simpliciter & indistinctè (21) negan-
 21) At talis negatio reperi- dum tibi non erat: præsertim quum talis negatio & per se absurdâ sit,
 tur etiam inscriptura. ut & veræ pietati valde noxia: sicut ex consequentiis hinc nascentibus ab-
 Matth. 24. v. 24. Ita ut se- unde patet.
 ducent, si fieri posset, eti-
 am electos. Ecce simplici-
 ter negatur fieri posse ut
 electi seducentur.

S E C T I O C X V.

*An Deus aliqua fieri velit, quæ re ipsa non fiunt: Et num omnia
 futura simpliciter ad unam partem ab æter-
 no præfiniverit.*

Pag. 439. In medio. At ratione hominum non ineptè sperare ea dicitur
 (Deus) quæ quidem ipse per se approbat, & à nobis fieri vellet; non
 tamen, ut infallibiliter ac necessariò fiant, simpliciter & absolute de-
 crevit.

Et paulò post, de pœnitentia coætaneorum Noachi loquens, dicit:
 Deum neutram disjuncti partem absolute definivisse &c.

Item pag. 441. negat futura contingentia per absolutum aliquod
 Dei decretum ad alterutram partem determinata esse. Vide etiam pag.
 441. sub finem.

N O T A P I S C A T O R I S.

Istud, *vellet*, tribuit Deo 1. impotentiam. Perinde enim est, ac si dice-
 retur: *Vellet* quidem Deus à nobis fieri, quæ nobis mandat: sed nō 2. po-
 test id efficere. Nam si & *vellet*, & posset, efficeret utique. Deinde 3. fal-
 sum est, Deum non decrevisse omnia simpliciter.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

1. De *velleitate* Dei, seu potius optatione, ac desiderio, quidnam re-
 vera sit, & quo modo rectè intelligi debeat, jam suprà suis locis abundè
 dictum fuit, Sect. 4. & 5. & 8. & 11. & 13. & 15. &c. Nunc illud solum obiter
 repetam: tantum abesse, ut talis aliqua *velleitas*, sive optativa voluntas,
 (rectè scilicet (1) intellecta) Deo impotentiam ullam attribuat, ut ve-
 ram potius omnipotentiam, & summam perfectionem, (2) aliquatenus
 in ipso arguat: quippe quæ indicio sit, Deum pro diversa objectorum
 volitorum conditione, (3) diversos quoque volendi actus semper exer-
 cere posse: & singulis actibus suum convenientem modum, ac finem,
 sapienter assignare: tandemque omnes, in suo quemque genere, distin-
 ctè ad optatum eventum perducere solere. At si *velleitas*, aut desiderium
 aliquod,

N O T A P I S C A T O R I S.

1.2) *Cautela Vorstiana.*

3) At isti diversi volendi
 actus quos Deus in tempo-
 re exercet, eterno ejus de-
 creto præcisè definiti sunt.